

IUS
ECCLESIAE

«Ius Ecclesiae» è la Rivista della Facoltà di Diritto Canonico
della Pontificia Università della Santa Croce.

★

Direttore (Editor): Eduardo Baura

Comitato editoriale (Editorial Board): Javier Canosa, Carlos J. Errázuriz M., Pablo Gefaell,
Joaquin Llobell, Thierry Sol (Segretario).

Comitato scientifico (Advisory Board): Jesús Miñambres (Decano della Facoltà di Diritto Canonico della Pontificia Università della Santa Croce), Nicolás Álvarez de las Asturias (Università "San Dámaso", Madrid), Juan Ignacio Arrieta (Segretario del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi), Geraldina Boni (Università di Bologna), Vincenzo Buonomo (Pontificia Università Lateranense), Ernest Caparros (Emerito all'Università di Ottawa), Louis-Léon Christians (Università Cattolica di Louvain-la-Neuve), Orazio Condorelli (Università di Catania), Giuseppe Dalla Torre (Libera Università Maria Ss.ma Assunta di Roma), Gaetano Lo Castro (Emerito all'Università La Sapienza di Roma), Luis Navarro (Pontificia Università della Santa Croce), Jorge Otaduy (Università di Navarra), Francisca Pérez-Madrid (Università Centrale di Barcellona), Helmuth Pree (Università di Monaco di Baviera), Carlos Salinas (Università Cattolica di Valparaiso, Cile), Beatrice Serra (Università La Sapienza di Roma), Ilaria Zuanazzi (Università di Torino).

Indexes and Databases: ATLA Catholic Periodical and Literature Index® (CPLI®); «Ius Ecclesiae» is indexed in Canon Law Abstracts (<http://abstracts.clsghi.org/index.html>); Dialnet. Universidad de la Rioja: <http://dialnet.unirioja.es/>; Gruppo Italiano Docenti Diritto Canonico. Bibliografia canonistica: <http://www.giddc.org/bibliokeyword.asp>; Istituto Martín de Azpilcueta dell'Universidad de Navarra: <http://www.unav.es/ima/basesdatos/studia.html>;

Osservatorio delle libertà e istituzioni religiose (OLIR): www.olir.it/.

Vedi alla fine della Rivista le Indicazioni per i collaboratori.

★

Via dei Farnesi 82, I 00186 Roma,
tel. +39 06 68164500, fax +39 06 68164600, iusecc@pusc.it

★

Autorizzazione del Tribunale di Pisa n. 29 del 3 luglio 2007.

ISSN 1120-6462

ISSN ELETTRONICO 1972-5671

Rivista associata all'Unione Stampa Periodica Italiana.



★

Le opinioni espresse negli articoli pubblicati in questa rivista rispecchiano unicamente
il pensiero degli autori.

IUS ECCLESIAE

RIVISTA INTERNAZIONALE
DI DIRITTO CANONICO

VOL. XXVIII · N. 3 · 2016

PONTIFICIA UNIVERSITÀ DELLA SANTA CROCE

FABRIZIO SERRA EDITORE

PISA · ROMA

Rivista quadrimestrale

*

Amministrazione e abbonamenti

FABRIZIO SERRA EDITORE S.r.l.

Casella postale n. 1, Succursale n. 8, I 56123 Pisa, fse@libraweb.net

Uffici di Pisa: Via Santa Bibbiana 28, I 56127 Pisa,
tel. +39 050 542332, fax +39 050 574888, fse@libraweb.net

Uffici di Roma: Via Carlo Emanuele I 48, I 00185 Roma,
tel. +39 06 70493456, fax +39 06 70476605, fse.roma@libraweb.net

*

I prezzi ufficiali di abbonamento cartaceo e/o *Online* sono consultabili
presso il sito Internet della casa editrice www.libraweb.net

*Print and/or Online official subscription rates are available
at Publisher's web-site www.libraweb.net.*

I pagamenti possono essere effettuati tramite versamento su c.c.p. n. 17154550
o tramite carta di credito (*American Express, Visa, Eurocard, Mastercard*).

*

A norma del codice civile italiano, è vietata la riproduzione, totale o parziale
(compresi estratti, ecc.), di questa pubblicazione in qualsiasi forma e versione
(comprese bozze, ecc.), originale o derivata, e con qualsiasi mezzo a stampa o internet
(compresi siti web personali e istituzionali, academia.edu, ecc.), elettronico, digitale,
meccanico, per mezzo di fotocopie, pdf, microfilm, film, scanner o altro,
senza il permesso scritto della casa editrice.

*Under Italian civil law this publication cannot be reproduced, wholly or in part
(included offprints, etc.), in any form (included proofs, etc.), original or derived, or by any means:
print, internet (included personal and institutional web sites, academia.edu, etc.), electronic,
digital, mechanical, including photocopy, pdf, microfilm, film, scanner or any other medium,
without permission in writing from the publisher.*

Proprietà riservata · All rights reserved

© Copyright 2017 by *Fabrizio Serra editore*, Pisa · Roma.

Fabrizio Serra editore incorporates the Imprints *Accademia editoriale*,
Edizioni dell'Ateneo, *Fabrizio Serra editore*, *Giardini editori e stampatori in Pisa*,
Gruppo editoriale internazionale and *Istituti editoriali e poligrafici internazionali*.

*

www.libraweb.net

Stampato in Italia · Printed in Italy

SOMMARIO

DOTTRINA

Studi sul nuovo processo matrimoniale

- M. DEL POZZO, *I titoli di competenza e la “concorrenza materiale” alla luce del m. p. Mitis iudex Dominus Iesus* 457
- C.-M. FABRIS, *Indagine pregiudiziale o indagine pastorale nel Motu proprio Mitis Iudex Dominus Iesus. Novità normative e profili critici* 479
- J. FERRER ORTIZ, *La reforma de los procesos matrimoniales canónicos y su incidencia en el derecho español* 505

Altri studi

- G. BERTOLINI, *Recenti tensioni dottrinali in ordine alla natura del matrimonio ed al rapporto tra la fede e l'intenzione coniugale* 527
- L. MARABESE, *Recenti sviluppi nella relazione tra la Santa Sede e i “treaty bodies” dell'ONU* 555

NOTE E COMMENTI

- C. J. ERRÁZURIZ M., *La rilevanza pastorale della giustizia oggettiva nella situazione dei fedeli che vivono relazioni affettivo-sessuali non matrimoniali* 579
- G. PARISE, *L'esecuzione delle sentenze emesse dal Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica: una criticità dell'attuale sistema canonico della giustizia amministrativa?* 589

GIURISPRUDENZA

- TRIBUNALE APOSTOLICO DELLA ROTA ROMANA – Nullità del matrimonio – Simulazione totale – Sentenza definitiva – 16 febbraio 2012 (A. 27/2012) – Grzegorz Erlebach, *Ponente* (con nota di A. González Alonso, *Elementi della simulazione totale nella giurisprudenza recente della Rota Romana*) 601
- SUPREMO TRIBUNALE DELLA SEGNAURA APOSTOLICA, Sentenza definitiva del 24 novembre 1973, Prot. n. 2973/72 CA, Rev.do X - S. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, *Panormitana, di sospensione a divinis, di privazione della voce attiva e passiva, di allontanamento*, Staffa *ponente* (con nota di J. Canosa, *La conoscenza del contenzioso amministrativo presso la Segnatura Apostolica*) 637

RASSEGNA DI BIBLIOGRAFIA

Note bibliografiche

- F. VECCHI, *Lo svolgersi multidimensionale del diritto ecclesiastico tra la spiritualità del giurista e l'oggettività formale dello ius publicum externum* (a proposito di *Recte Sapere. Studi in onore di Giuseppe Dalla Torre*, a cura di Geraldina Boni, Erminia Camassa, Paolo Cavana, Pasquale Lillo e Vincenzo Turchi) 661

Recensioni

- J. J. ATTLA, *L'azione missionaria della Chiesa ieri e oggi* (E. Baura) 673
 A. BAMBERG, *Introduction au droit canonique. Principes généraux et méthodes de travail* (P. Nzeyimana) 675
 L. CHIAPPETTA, *Il manuale del parroco. Commento giuridico-pastorale* (M. Pezzanera) 678
 W. L. DANIEL, *The art of good governance: a guide to the administrative procedure for just decision-making in the Catholic Church* (J. Canosa) 681
 F. DEL GIUDICE, S. GALLO, *Diritto canonico* (S. Frisulli) 684
 M. GAS AIXENDRI, R. CAVALLOTTI, *Family and Sustainable Development* (M. P. Lacorte Tierz) 686
 C. MINELLI, *Rationabilitas e codificazione canonica. Alla ricerca di un linguaggio condiviso* (E. Baura) 690
 G. PARISE, *La giurisprudenza del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica in materia di soppressione, unione e modifica di parrocchie e di riduzione ad uso profano non indecoroso di edifici sacri* (P. Kariuki Muriu) 693

DOCUMENTI

Atti di Papa Francesco

- Statuto del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita* (4 giugno 2016) e *Lettera Apostolica in forma di Motu Proprio con cui si istituisce il Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita* (15 agosto 2016) (con commento di M. DELGADO) 697
Lettera Apostolica in forma di Motu Proprio "Come una madre amorevole" (4 giugno 2016) (con commento di F. PUIG) 716

Atti della Santa Sede

- SUPREMO TRIBUNALE DELLA SEGNAURA APOSTOLICA, *Lettera circolare circa la concessione del decreto di esecutività in vista della delibazione in ambito civile della prima sentenza affermativa divenuta esecutiva*, Prot. n. 51324/16 VAR, 30 gennaio 2016 (con commento di M. DEL POZZO) 735
Sommario dell'annata XXVIII, 2016 743

GIURISPRUDENZA

TRIBUNALE APOSTOLICO DELLA ROTA ROMANA – Nullità del matrimonio – Simulazione totale – Sentenza definitiva – 16 febbraio 2012 (A. 27/2012) – Grzegorz Erlebach, *Ponente*.*

Matrimonio – Consenso – Consenso come causa efficiente del matrimonio.

Matrimonio – Consenso – Simulazione del consenso – Divergenza fra manifestazione esterna e volontà interna.

Matrimonio – Consenso – Simulazione del consenso – Volontarietà.

Matrimonio – Consenso – Simulazione del consenso – Esclusione totale del matrimonio – In modo diretto ed indiretto – Indirettamente: fini diversi dalla sostanza del matrimonio.

Matrimonio – Consenso – Simulazione del consenso – L'atto positivo della volontà – Caratteristiche.

Matrimonio – Consenso – Simulazione del consenso – La prova della simulazione totale – Certezza morale.

IL matrimonio è una comunità di vita e di amore coniugale, alleanza irrevocabile che nasce dal consenso dei nubendi. Se mancasse questa volontà, anche se esternamente, con parole e segni, ci fosse apparenza di consenso, il matrimonio sarebbe nullo.

La volontà che nel momento del consenso esclude il matrimonio stesso (can. 1101, § 2) ha come effetto la nullità. Questa esclusione può avvenire in modo diretto oppure anche in modo indiretto, ad esempio, quando la volontà sia diretta verso un oggetto formale totalmente diverso dalla sostanza del matrimonio. Entrambi i casi appartengono all'ambito della simulazione totale.

Nella simulazione totale o esclusione del «matrimonium ipsum», si richiede la prova non soltanto dell'oggetto specifico della volontà escludente, ma anche dell'atto positivo della volontà diretto a escludere (cf. can. 1101, § 2). Questo «actus positivus voluntatis» non deve essere confuso con forme psicologiche da esso diverse. Tra l'altro, questo è un atto vero e volontario, anche quando posto in maniera implicita o virtuale.

* Vedi alla fine della sentenza il commento di A. GONZÁLEZ ALONSO, *Elementi della simulazione totale nella giurisprudenza recente della Rota Romana*.

Nella prova indiretta della simulazione totale hanno molta importanza la «causa contrahendi» e la «causa simulandi», per fare luce sulla verità del concreto matrimonio. Se mancassero alcuni elementi della prova, questa non sarebbe impossibile ma si più difficile per quanto riguarda il raggiungimento della certezza morale.

1. – FACTI SPECIES. – D.nus Petrus, natus a. 1942 in pago “Valle d’Istria”, hodie nuncupato “Bale”, posito prius intra fines Italiae deindeque Iugoslaviae, migravit in Italiam et domicilium tenebat in civitate “Varese (VA)”. Occasione tamen alicuius visitationis in suo pago originis incidit mense augusto a. 1971 in d.nam Annam, ortam a. 1951 in civitate “Pola”. Vir, amore captus, puellam despondit et mense septembri eiusdem anni eam secum tulit in “Varese” causa invisendi domum, ubi Petrus degebat suis cum familiaribus.

Post paucissimos occursus partes, ambae catholicae, nuptias celebraverunt ritu canonico die 3 iunii 1972 in pago “Bale”. Prius, eadem die et in eodem loco, contraxerunt et matrimonium ritu civili.

Convictus coniugalis institutus est in “Varese”, sed cito infaustum habuit finem. Post ferias aestivas in Istria peractas, cum coniuges domum rediissent, mulier de facto recusavit suscipere laborem illa in civitate et sese contulit mense septembri vel initio mensis octobris a. 1972 penes suam materam degentem in civitate Tergestina. Aliquod post tempus vir secum tulit mulierem apud domicilium coniugale. At mense ianuario subsequentis anni Anna definitive dereliquit Petrum et sese contulit Tergeste. Nulla proles enata est hoc ex matrimonio.

D.na Anna institit pro divortio apud tribunal saeculare in Iugoslavia, idque obtinuit sententia diei 19 augusti 1974. Cum autem nihil fecisset ut praefata sententia obtineret effectus iuridicos in Italia, vir sua ex parte expetivit separationem iudiciale, concessam a Tribunale Status in Italia die 26 maii 1976, cui secuta est sententia divortii diei 21 martii 1979 ex instantia mulieris.

Utraque pars contraxit novam unionem civilem.

2. – Recuperandae sui status coram Ecclesia libertatis causa, vir porrexit libellum causae intoductorium Tribunale Eccl. Utinen. Dein tamen, receptis forsitan informationibus aditum Tribunale non esse competens, novum scripsit libellum, receptum die 6 aprilis 1998, a Trib. Regionali Triveneto, competentem ratione domicilii partis conventae. Constituto Tribunale, mulier vocata est in iudicium. In responsione ad citationem signavit optionem propriae oppositionis “perché i motivi indicati non corrispondono a verità”. Dubium itaque statutum est de matrimonii nullitate, in casu, ob simulationem totalem consensus ex parte mulieris vel, subordinate, ob exclusionem indissolubilitatis ex parte eiusdem mulieris conventae.

Auditi sunt dein iudicialiter Actor et duo testes eius ex parte, nempe d.nus Bruno, frater Actoris, natus ex praecedenti matrimonio matris Actoris, et

d.nus Aemilius, amicus viri actoris. Mulier renuit se sistere ad deponendum. Peractis peragendis, Iudices, dilata decisione de merito causae, decreverunt die 30 decembris 1999 ut “sia riaperta l’istruttoria per acquisire nuovi elementi di prova tramite il riascolto della parte attrice e per gli altri adempimenti istruttori che il Giudice riterrà opportuni”.

Denuo itaque auditi sunt Actor atque d.nus Aemilius et, ope rogatoriae missae ad competentem Curiam in Iugoslavia, interrogatae sunt duae matererae Actoris. Adquisita est etiam certificatio de residentia mulieris conventae. Denuo peracta publicatione actorum et emisso decreto conclusionis in causa, Trib. Reg. Trivenetum tulit die 31 ianuarii 2005 sententiam definitivam pro vinculo ex utroque nullitatis capite.

Vir actor tamen novum sibi elegit Patronum qui interposuit appellationem ad Tribunal Reg. Insubre. Constituto Tribunali Appellationis mulier invitata est ad partem habendam in praesenti causa, sed sine effectu.

Amplum peractum est supplementum instructionis in secundo iudicii gradu. Novas depositiones iudiciales reddiderunt vir actor eiusque frater. Adquisita sunt quaedam documenta civilia, inter quas eminent sententiae prolatae in materia separationis, modificationis conditionis separationis et divortii. Parochus Actoris suum dedit testimonium de viro actore et retulit de colloquiis habitis cum muliere conventa. Insuper adductum est exemplar s.d. “prova delegata”, scilicet protocollon rogatoriae, peractae a “Pretura di Varese” die 4 aprili 1974 ex mandato Tribunalis civilis Tergestini, in quo relatae sunt depositiones quattuor testium, nempe d.nae Annae (matris Actoris), d.ni Brunonis, d.ni “Dussan” et d.ni “Guerrino”.

Peractis peragendis, Tribunal App. Insubre tulit die 8 martii 2010 sententiam definitivam qua edixit constare de matrimonii nullitate ob simulationem totalem ex parte mulieris conventae; alterum caput formaliter non fuit definitum. Causa itaque transmissa est ex officio ad Rotam Romanam (cf. can. 1682, § 1).

Hoc in tertio iudicii gradu Conventa edocta est de facultate Patronum sibi constituendi, quod tamen non fecit. Instante Cl.ma Patrona partis actricis, dubium statutum est his in terminis: “*An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob simulationem totalem ex parte mulieris conventae*”. Conventae rite notificatum est decretum concordationis dubii, quae intimatio in Rota locum tenet citationis (cf. art. 58 § 1 NRRT). Nulla exquisita instructione suppletiva, statim factus est gressus ad phasim discussoriam. Qua absoluta, Nos hodie respondere debemus ad dubium statutum et modo relatam.

3. – IN IURE. – A Creatore conditum est matrimonii institutum seu communitas vitae et amoris coniugalis, concretum tamen matrimonium instauratur “foedere coniugii seu irrevocabili consensu” (Const. past. *Gaudium et spes*, n. 48; cf. can. 1057, § 1). Firmum est ergo principium voluntatem nuptu-

rientium esse causam matrimonii efficientem. Explicat Summus Legislator quod consensus est actus voluntatis, “quo vir et mulier foedere irrevocabili sese mutuo tradunt et accipiunt ad constituendum matrimonium” (can. 1057, § 2).

Si haec voluntas omnino deficiat, cum externe proferantur verba consensus, deficit consensus. Eundem tamen effectum irritantem habet etiam voluntas, quae in matrimonii celebratione excludit matrimonium ipsum (can. 1101, § 2). Exclusio ipsius matrimonii fieri potest sive *directe*, seu per voluntatem matrimonium sic et simpliciter excludentem, sive *indirecte*, ex. gr. si quis sese dirigit exclusive ad obiectum formale omnino diversum a matrimonii substantia. Aliis verbis, hoc ultimum fit si quis “per celebrationem nuptiarum exclusive dirigitur ad assequendum finem omnino diversum [a matrimonio] quem et unice paciscendum sibi proponit” (A. Stankiewicz, *De causa iuridica foederis matrimonialis*, in *Periodica de re morali, canonica, liturgica* 73 [1984], p. 228; cf. coram Stankiewicz, sent. diei 26 iunii 1986, RRDec., vol. LXXVIII, p. 401, n. 7; coram Defilippi, sent. diei 20 iulii 2000, Brundusina-Ostunen., A. 86/2000, n. 7). Haec omnia pertinent ad ambitum simulationis totalis.

4. – In casu simulationis totalis, seu exclusionis matrimonii ipsius, requiritur probatio non solum obiecti specifici voluntatis excludentis, sed etiam ipsius voluntatis excludentis. Quod attinet ad ultimum, agi debet de actu positivo voluntatis (cf. can. 1101, § 2). Uti pronum est, “simulationi locus non datur in formis psychologicis, quae reapse non perficiunt illum actum positivum voluntatis, quales sunt, v. gr.: mera *placita erronea* de matrimonio (quae utpote mere actus intellectus actum voluntatis non constituunt); voluntas mere *habitualis* (quae actum voluntatis non determinat, ideoque consensum contrahentis non ingreditur); voluntas tantum *interpretativa* (quam scilicet nubens neque antea, neque tempore nuptiarum reapse suscitavit, quamvis intenta eius animi dispositione seu habitu, illam elicisset si de re cogitavisset); peculiariora adiuncta quae induxerunt ad matrimonium celebrandum (quae, per se, constituere tantum possunt *causam matrimonii contrahendi*); defectus germani amoris erga alteram partem (qui fortasse constituere potest *causam simulandi* [...])” (coram Defilippi, sent. diei 24 novembris 2010, Conversanen.-Monopolitana, A. 154/2010, n. 6).

Positive loquendo, “tria itaque una simul concurrant necesse est elementa, ut exclusio vim irritantem praeseferat: a) voluntas, non itaque intellectus eiusque specifica emanationes, ut, exempli gratia, ideae, opiniones, errores; b) actus seu transitus ab inertia in motum, qui plane distinguitur a mera inclinatione vel a voluntate habituali seu forma mentis, actum haud determinantes, necnon a voluntate generica vel interpretativa, quae unam animi dispositionem vel habitum coarguunt; atque demum a spe, a mera

praevisione et a desiderio, quae per se consensum non afficiunt et cum eo una simul stare possunt; c) positivus, non negativus, seu «velle non», non vero «nolle» (O. Giacchi, *Il consenso nel Matrimonio Canonico*, Milano 1968, p. 92), non tamen actualis et explicitus, cum ad rem satis sit virtualis (adhuc scil. servans virtutem actus, expressi et non revocati) et implicitus” (coram Ferraro, sent. diei 16 octobris 1984, RRDec., vol. LXXVI, p. 520, n. 3).

5. – Etiam in probatione simulationis totalis adhibenda sunt pernota media et elementa probatoria. Quod attinet ad schema probatorium, videnda est sive probatio directa (confessio praesumpti simulantis, sive iudicialis sive extraiudicialis, relata a testibus fide dignis) sive probatio indirecta (causa contrahendi comparata cum causa simulandi, proxima et remota), et circumstantiae. Si unum vel aliud deficiat, probatio non est impossibilis, sed fit difficilior.

Quidquid est, iudex agnoscere potest uti probatam petitionem partis actricis, et quidem contra praesumptionem statutam in can. 1101, § 1, solummodo si consequatur certitudinem moralem. Quae autem certitudo aliquando “non risulta se non da una quantità di indizi e di prove, che, presi singolarmente, non valgono a fondare una vera certezza, e soltanto nel loro insieme non lasciano più sorgere per un uomo di sano giudizio alcun ragionevole dubbio” (Pius XII, *Allocutio ad S. Romanam Rotam*, diei 1 octobris 1942, «AAS» 34 [1942], p. 340, n. 2). In eadem Allocutione Summus Pontifex explicavit quod hoc in casu certitudo moralis haberi potest si “la simultanea presenza di tutti questi singoli indizi e prove può avere un sufficiente fondamento soltanto nell’esistenza di una comune sorgente o base, dalla quale derivano: cioè nella obbiettiva verità e realtà” (*ibid.*).

6. – IN FACTO. – Causa prae manibus non facilis est solutionis quia non solum deest confessio iudicialis praetensi simulantis seu mulieris conventae, sed eadem mulier firmiter sese opponit huic causae; insuper sat exigua est confessio extraiudicialis Conventae, in luce posita solummodo in secundo iudicii gradu. Hoc nonobstante dubia legitime mota in sententia primi iudicii gradus non amplius sustineri possunt quia praehabito laborioso et valde utili supplemento instructorio, peracto in secunda instantia, Iudices Tribunalis Appellationis Insubris optime solverunt difficultates casus. Haec postrema sententia valde accuratam et aequilibratam fecit analysim actorum, quam et Infrascripti probant. His in adiunctis videamus solummodo de rebus maioris momenti.

7. – Iuxta thesim viri actoris, agitur in casu de exclusionem matrimonii ipsius ex parte mulieris conventae, seu de ficta matrimonii celebratione, ratione consecutionis finis alieni a coniugii substantia, cum nempe Conventa intendisset solummodo migrare in Italiam et obtinere statum civitatis italicae.

Uti iam diximus, probatio non est facilis hac in causa, attento etiam tempore elapso a matrimonii celebratione.

8. – Ipse Actor habendus est uti persona honesta et credibilis. Optimo gaudet testimonio credibilitatis. Omnes testes una voce referunt de genuina Actoris indole, maxime Rev. Martini, qui testis magni ponderis est ad mentem can. 1679. Maioris momenti est tamen criterium intrinsecum eiusdem credibilitatis. Ter enim vocatus est ad deponendum. Semper simplicem atque sincerum et genuinum coram Iudicibus constanter se praebeuit sicut elucet omnibus in illis vadimoniis, tam in prima quam in secunda instantia. Notatu dignum est quod inter primam et tertiam depositionem elapsi sunt decem anni. In prima excussione candide et sine artificio locutus est de elementis et circumstantiis, quae magni momenti sunt ad suam thesim demonstrandam. Dein coram Iudice secundae instantiae Actor non mutavit suam positionem, sed pluries usus est locutionibus “non posso onestamente dire”, “onestamente devo dire”, “quel che posso dire è che”, quibus genuinum et honestum se praebeuit.

Aliud argumentum in favorem credibilitatis viri actoris scetet ex comparatione declarationum Actoris cum depositionibus testium, quae utrisque non contradicunt, necnon cum probationibus sumptis e processu civili.

9. – Dubitandum est autem de credibilitate mulieris conventae. Rev. Martini, qui testis alienus a quavis suspicione est iudicandus, sua sponte aliquas circumstantias retulit in secundo iudicii gradu, quae contra Conventae credibilitatem militant: “Sono stato accolto bene [scil. a parte conventa], ma sull’argomento matrimonio, era decisa a non cedere, a non voler in nessun modo favorire qualcosa di buono al suo ex marito”; et paulo postea: “Nel suo parlare manifestava una volontà quasi di vendetta. In uno di questi incontri aveva accennato ad una eventuale sua firma se il sig. Pietro le avesse sborsato parecchio denaro”. Hoc nullum requirit commentarium!

Quae cum ita sint, bene est interpretanda ipsissima vox (vel potius epistola) partis conventae, cum retulisset coram Tribunale primae instantiae: “Dichiaro [...] di oppormi perché i motivi indicati [scil. in libello] non corrispondono a verità”. Illa autem pluries a Tribunale Ecclesiae auctoritate scienter se subtraxit et insuper scripsit Tribunale primi gradus in responsione ad citationem ad deponendum: “Non ho alcun argomento di cui produrre una deposizione”, quod intrinsece militat contra thesim Conventae. Si enim elementa in libello adducta vera non essent, mulier conventa non pauca dicere potuisset in declaratione iudiciali. Mera ergo positio processualis thesi viri actoris contraria, nullimode suffulta, non solum admitti nequit uti elementum probatorium contra Actorem, sed revera minuit credibilitatem mulieris conventae.

10. – Facta maioris momenti, in facti specie relata (*supra*, n. 1), habenda sunt uti certa. Partes celebraverunt matrimonium die 3 iunii 1972, praehabitis paucissimis occursibus. Aliter non potuit esse attentio quod Actor debebat in Italia et Conventa in Istria – illo tempore intra fines Iugoslaviae –, et quidem in conditionibus bene noti regiminis politici.

Conventa iam ante nuptias novit quod gratia matrimonii celebrati non solum transire potuisset in Italiam, sed etiam ius haberet ad statum civitatis italicae. Immo, hoc et exoptabat, uti declarat Actor in responsione ad quaesitum an ante matrimonii celebrationem verbum esset factum “della futura sistemazione di Anna in Italia, della possibilità che c’era di diventare *cittadina italiana*?”: “Il fatto che Anna potesse diventare «cittadina italiana» era una cosa logica, normale, cosa che del resto Anna desiderava molto”. Et revera post matrimonii celebrationem mulier institit ut omnia documenta publica italica obtinisset, haud excluso s.d. “passaporto”. Adnotat Actor: “Anna voleva andare in Jugoslavia col passaporto italiano, anche se ciò non era di per sé necessario, in quanto poteva usare quello jugoslavo”. Insuper dixit de Conventa suo in secundo vadimonio: “Posso dire che si è dimostrata interessata ad ottenere il passaporto italiano, oltre la cittadinanza. I primi giorni, giunti a Varese, ha chiesto di andare agli uffici competenti sia per avere la residenza, necessaria per un lavoro, sia per avere il passaporto. Avutolo ha manifestato contentezza”.

Post ferias aestivas in Istria peractas, cum coniuges domum rediissent, mulier primos fecit gressus in ordine ad matrimonii rupturam. Potuit suscipere laborem in civitate “Varese” sed hoc non fecit. Sese contulit mense septembris vel initio mensis octobris a. 1972 penes suam materteram degentem in civitate Tergestina. Alia ex parte mendacem dedit Actori explicationem sui gressus. Ita declaravit vir in prima instantia: “Mi ha detto [...] che voleva andare per una quindicina di giorni dai suoi genitori, per poi tornare a Varese”.

Notandum est quod in tabulis processualibus adest certificatio (s.d. “certificato di residenza”) ex qua constat Conventam residentem esse Tergeste inde a die 12 octobris 1972. Ergo evidenter iam illo tempore firmam habuit voluntatem derelinquendi virum si residentiam civilem posuit in civitate Tergestina. Haec prima separatio veloci gressu duxit ad separationem definitivam, non obstantibus conaminibus Actoris vitam communem ducendi et quidem in conditionibus materialiter melioribus.

Die 19 augusti 1974 mulier obtinuit sententiam divortii, prolatam a Trib. Iugoslaviae in civitate “Pola”.

Facta sunt certa, sed ponenda est quaestio circa eorum rationem. Estne verum, unicum explicationem fuisse Conventae simulationem totalem matrimonii, habiti uti vehiculi migrationis in Italiam?

11. – Responsum directum pertinet ad Conventam, quae tamen renuit se sistere apud Iudicem canonicum. Iam diximus quod eius oppositio causae nihil probat.

Unica declaratio extraiudicialis, ex parte mulieris conventae, relata est ab Actore sua in depositione facta in secunda instantia. Iuxta eum, Conventa in quadam contentione, quae signavit rupturam finalem matrimonii, dixit “che voleva andarsene perché ormai aveva i documenti che le interessavano”. Haec verba dicta essent “davanti ai suoi genitori, che lei aveva chiamato dicendo di voler tornare in Istria e che erano venuti a Varese a prenderla”. Conventa tamen, uti asseverat vir, “di fatto [...] non tornò in Istria ma si fermò a Trieste presso una zia”. Uti circumstantiam illius declarationis Conventae, addit Actor quod “quando Anna pronunciò quella frase erano presenti anche mia madre Anna [...] e mio fratello Bruno”.

Mater Actoris non valuit deponere in iudicio ecclesiastico ratione suae pessimae salutis. At in secunda instantia obtentum est protocollon depositionis matris Actoris, factae apud Iudicem Status die 4 aprilis 1974. En eius verba quae respiciunt praedictam contentionem: “Il 18 gennaio 1973, di mattina, vennero nella mia abitazione i genitori di mia nuora con lo scopo di riportarla a Trieste «per non far vergogna alla zia», essi dicevano. Io mi opposi anche perché mio figlio non c’era. Tornato dal lavoro mio figlio vi fu una discussione fra lui ed i suoi suoceri alla quale non partecipai, ma che si concluse con l’intenzione espressa sia da mia nuora sia dai consuoceri di tornare a Trieste”.

D.nus Bruno expressis verbis firmavit in secunda instantia praecitatum declarationem extraiudicalem Conventae, ab Actore relatam: “quando vennero i suoi [scil. Conventae] genitori udii di persona Anna dire che ormai aveva raggiunto il suo scopo (mi sembra evidente che si riferisse alla cittadinanza e al passaporto italiano) e che quindi non le importava più niente di Vito”.

12. – Ad rem Defensor vinculi hac in instantia deputatus duas fecit obiectiones: a) hic testis manifestavit suas “perceptiones” et “argumentationes subiectivas”; b) sua in declaratione iudiciali apud Iudicem Status, facta die 4 aprilis 1974, Bruno nihil dixit de declaratione Annae (Animadv.).

Dicendum est tamen primam obiectionem navi vinculi Tutoris esse manifeste infundatam quia fieri debet distinctio inter verba Conventae ab hoc teste relata et eorum interpretationem: unum et alterum facile distingui potest e tabulis. Altera obiectio est sat speciosa: verum est quod ex transcriptione illius depositionis non constat de verbis prolatis in iudicio ecclesiastico, at constat de descriptione illius contentionis: “vennero i suoceri di mio fratello ed io li vidi nelle ore del mezzogiorno che stavano discutendo con mio fratello”. Ergo ex facto quod hic testis non retulisset Iudici saeculari verba

prolata apud Iudicem ecclesiasticum, vel illa verba revera prolata transcripta non essent anno 1974, nullimode trahi potest conclusio quod ruit credibilitas illius testis, uti hoc sustinet vinculi Defensor (Animadv.). Praeterea, interrogatorium factum est anno 1974 a Iudice Status in ordine ad solvendam quaestionem de separatione civili (cf. Restr. pro P.A., p. 6/9; Restr. resp.).

Praefata declaratio extraiudicialis mulieris conventae non est ergo praetermittenda, etsi facta in contextu omnino peculiari et relata a solo Actore et uno teste. Eius obiectum fuit finis matrimonii, de quo in casu, ex parte mulieris, et forsitan eius ratio. Et hoc est elementum probatorium magni momenti pro thesi viri actoris.

13. – Quod attinet ad causam celebrandi, cum certitudine constat solummodo de amore ex parte viri actoris, non autem ex parte Conventae. De muliere hoc dixit Actor: “Alla domanda se anche Anna era innamorata, rispondo che a parole non lo diceva in modo particolare, però mi manifestava certamente dell’affetto”. Tempus brevissimae vitae communis et ruptura matrimonii ex parte mulieris ob rationes nullimode Actori tributas vel tribuendas, certo certius non prosunt genuinae voluntati mulieris conventae in celebratione nuptiarum.

Fuse lateque constat, vero, in actis de possibili causa simulandi, seu de possibili voluntate Conventae acceptandi hoc matrimonium solummodo uti vehiculum migrationis in Italiam. De contextu remoto huiusmodi praxis, sat diffusa in illa regione, valde eloquentia sunt verba Rev. Martini. Etiam materterae Actoris, degentes in loco originis utriusque partis, hanc sustinent thesim, etsi fundatam solummodo in perceptione subiectiva, ita loquentes de Conventa: “a quanto pare si è sposata [...] per avere la cittadinanza italiana” et “penso che sposando Pietro voleva avere la cittadinanza italiana e partire da Jugoslavia” et adhuc: “Penso che si è sposata con Pietro per poter abbandonare il proprio ambiente e passare in Italia, dove si viveva meglio”.

14. – Hac in causa maximi momenti sunt tamen circumstantiae. Sententia secundi iurisdictionis gradus et Patrona partis actricis (cf. Restr. pro Actore) rite multa indicant. En sunt potiora:

a) partium indoles: vir mitis et imperitus in re amatoria, mulier autem alacris et experta (virginitatem iam amiserat ante cognitionem viri);

b) educatio laica mulieris sub regimine communistarum;

c) breve tempus sponsalium in quo partes se quater occurrerunt;

d) instantiae Conventae eiusque familiae originis ut nuptiae statim celebrarentur, haud obstante consilio matris Actoris ut matrimonium differretur ita ut Actor aptam et propriam invenire posset habitationem. En verba matris Actoris prolata in processu civili: “Preciso che prima che [Conventa] venisse a casa mia, e cioè nell’agosto del 1971, in casa della convenuta, in Bale, parlai con la stessa e con tutti i suoi parenti facendo presente che il nostro

appartamento a Varese era alquanto piccolo e che non avevamo disponibilità finanziarie per trovare altra sistemazione, consigliando di attendere l'assegnazione di un appartamento per i profughi, appartamenti che sarebbero stati costruiti entro breve termine. I parenti della convenuta invece insistettero per accelerare le nozze non avendo nulla in contrario che gli sposi venissero ad abitare nel mio piccolo appartamento”;

e) ante nuptias et primis duobus mensibus post nuptias celebratas mulier sine difficultate acceptabat condicionem coniugalem a Petro propositam, dum obtento statu civitatis italicae et s.d. “passaporto” italico atque immediate postea secuto itinere, Conventa statim taedium ostendit in Italiam reversa. Refert ad rem Actor: “subito dopo ottenuto il passaporto siamo andati a trascorrere due settimane di ferie in Jugoslavia in parte presso i suoi genitori, e fino ad allora tutto sembrava tranquillo. Appena rientrata in Italia, invece, Anna ha cominciato a manifestare insofferenza”;

f) prima deindeque definitiva separatio exquisita fuit a muliere nulla adhibita fundata ratione; explicationes ab ea datae habendae sunt uti merae excusationes;

g) non constat de qualibet causa rupturae Actori eiusque familiaribus tribuenda, quae explicare possit modum sese gerendi mulieris conventae inde a mense decembri a. 1972;

h) adquisitio residentiae Conventae Tergeste, inde a die 12 octobris 1972, deindeque pristina petitio divortii in Iugoslavia eius ex parte: quod revera concessum est die 19 augusti 1974;

i) stabilis commoratio Conventae in civitate Tergestina.

Haec omnia una simul sumpta ad firmam ducunt persuasionem Conventam consulto matrimonium, de quo in casu, iniisse ob finem (vel fines) a matrimonio omnino alienum, nempe ad migrandum in Italiam et consequendum hinc novum et meliorem statum.

15. – Vinculi Defensor hac in instantia designatus acriter pro vinculo certat, at eius argumenta non suadent vel admitti nequeunt. De quibusdam iam diximus (*supra*, n. 12).

Positive aestimata sententia primi iudicii gradus, vinculi Tutor scripsit quod Iudices secundae instantiae ex iisdem probationibus ediderunt sententiam affirmativam (Animadv.). Hoc tamen est minime exactum, quia ampla facta est instructio suppletiva in secunda instantia ex qua non pauca trahi possunt elementa probatoria nova et magni momenti.

Dein idem vinculi Defensor affirmat: “sententia [secundi iudicii gradus] sustinet nullitatem matrimonii de quo agitur artificioso castello probatorio, sustento solum e credibilitate Actoris, ex epistula Rev.di Martini et testium, praesertim unius testis, d.ni Brunonis, insuper ex actis processus civilis, sed maxime e praesumptionibus”. Patrona partis actricis miratur sua in respon-

sione: “non intelligitur cur, coram sic pluribus et univocis elementis, Defensor vinculi locutus est de «artificioso castello probatorio». Nam, agitur de elementis quae, sive singillatim sive simul perpensis, mulieris voluntatem excludendi vinculum clare ostendunt” (Restr. resp.).

Huiusmodi affirmationes, uti “artificioso castello probatorio”, factae circa sententiam revera magistralem, in qua optime aestimata sunt omnia media et elementa probationis, nullam aliam merentur responsionem. Vinculi defensor pretiosum offert iudici et iustitiae servitium, dummodo id faciat rationabiliter (cf. can. 1432) et veritate servata.

16. – Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos, infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentes: *Affirmative, seu constare de matrimonii nullitate, in casu, ob simulationem totalem ex parte mulieris conventae, eidem vetito transitu ad canonicas nuptias inconsulto Ordinario loci.*

Ita pronuntiamus et mandamus locorum Ordinariis et Administris Tribunalium ad quos spectat, ut Hanc Nostram definitivam sententiam notificent quibus de iure, et executioni tradant ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Rotae Romanae Tribunalis, die 16 februarii 2012.

GREGORIUS ERLEBACH, *Ponens*
 JAIR FERREIRA PENA
 DAVID SALVATORI

ELEMENTI DELLA SIMULAZIONE TOTALE
 NELLA GIURISPRUDENZA RECENTE DELLA ROTA ROMANA

1. LA GIURISPRUDENZA RECENTE DELLA ROTA ROMANA
 SULLA SIMULAZIONE TOTALE

IN occasione dalla sentenza *coram* Erlebach del 16 febbraio 2012,¹ che presentiamo in queste pagine, vorremmo offrire alcuni spunti al riguardo. Trattasi di una sentenza emessa dal Tribunale della Rota Romana in terza istanza (dopo una prima *pro vincolo* e una seconda *pro nullitate*). La causa ruota attorno al capo di nullità della simulazione totale e su di esso, in base all’argomentazione giuridica presentata dal ponente e tenendo conto della giurisprudenza rotale di pubblicazione più recente, faremo un percorso fra gli elementi più rilevanti di questo *caput nullitatis*.

¹ Sent. c. Erlebach, diei 16 februarii 2012, (A. 27/2012).

Come appena accennato, abbiamo colto l'occasione per esaminare le sentenze rotali rese pubbliche nel primo decennio di questo XXI secolo, nei volumi di *Decisiones seu sententiae Rotae Romanae Tribunalis*. Il punto di partenza sarà il volume contenente le sentenze dell'anno 2000 (vol. XCII, pubblicato nel 2007), arrivando fino a quello delle sentenze emanate lungo l'anno 2009 (vol. CI, pubblicato nel 2016).²

In questi dieci anni troviamo 62 sentenze riguardanti cause che sono state introdotte presso la Rota Romana, avendo come capo di nullità quello della simulazione totale, sia come capo unico, oppure insieme ad altri capi. Di queste 62 sentenze elencate negli indici dei volumi, 30 sono state pubblicate,³ mentre delle altre 32 si includono soltanto i riferimenti.

